n 8 B. 21 Fol 1

Nā si vox humana. aer ē. ictꝰ ꝉ lin
gua repulsus diffinit. ꝓt ꝛ dei uox
dici aer ictus : qui volūtate diuina
Et mihi ē qđ si q̄n uox diuinitꝰ dat.
nō ad ōnīū aures. ſʒ ad q̄uē it. ꝫ id ē
auditꝰ illabit. ut agnoscas sonitū
nō lingue pulsu redditū. alioquin
fieret oīs auditus. ſʒ supni nutus mode
ramine gubernatū.

xi de t̄ra tua et de cognaciōe
tua. et de domo pr̄is tui Nō
poterat cū adhuc eēt abram
et carnal' natiuitatis uocabulū ferret.
suscipe testamētū dei. et circūcisiōis
insigne Cū vero exiit de t̄ra sua et de
cognacione sua. tūc ad eū secretiora
iam responsa deferūt. et primo dī
ei qꝛ iā nō vocaberis abram: ſʒ abrahā
erit nomē tuū Tūc iā et testamētū
dei accepit et signaculū fidei circūci
sionē. quā nō potuit accipere cū esset
ī domo pr̄is. et in cōsāguinitate car
nali. et cū adhuc abram vocaret
Sʒ neqꝫ presbiter appellatus ē ipse et
uxor sua donec esset ī domo patris
et carni cohabitaret ac sāguini:
ſʒ postq̄ inde ꝓfectus ē. et abrahā vocari
et presbiter meruit Erāt inq̄t ābo
presbiteri idē senes. abrahā scilicet
et ad mirāda uxor eiꝰ: et puecti ī
diebꝰ suis Quāti aūt eos lōgioribꝰ
ānorū spatiis uitā duxere nōgentis
et eo āpliꝰ ānis: alii nō mlto minꝰ
usqꝫ ad diluuiū viuere: et nulli ex his

appellati sūt presbiteri Nō enī hoc nōie
in abrahā senecta corpis. ſʒ cordis
maturitas appellata ē Sic ꝛ ad moy
sen dn̄s dicit. Elige tibi presbiteros
quos tu ipse scis eē presbiteros Intue
amꝰ diligentiꝰ dn̄i vocē qđ sibi vi
ꝛ etiā ista adiectio qua ait. quos tu ipse
scis esse presbiteros Nūqđ hiis qui
senile corpis gerebat etatē. nō ōmū
oculꝰ ꝑspicuus erat. qđ eēt presbiter
ꝉ senex Quid ergo soli moysi tanto
ac tali ꝓphe. special' ista mādat
īspectio. ut illi eligant. nō q̄s ceteri
hoīes norūt. nō quos īperitū vulgꝰ
agnoscāt. ſʒ quos ꝓpha deo plenꝰ eligeret.
Nō enī ḡa eos de corpe: nō de etate,
ſʒ de mēte iudiciū ē Tales ergo erāt bīi
isti presbiteri abrahā ꝛ sara. et ꝓ
diuī gemina hiis nōia. que ortus car
nal' dederat cōmutat Cū enī eēt
nonaginta ānorū et nouē. apparuit
ei deꝰ et dixit Ego sū deꝰ Cōplace
corā me. et esto īculpabil' et ponā
testamētū meū inter me ꝛ te. ꝛ reliq̄
Et pꝰ hec addidit Circūcidet' oē mascu
linū vr̄m. et circūcidetis carnē ꝑputii
vr̄i Nos imbuti ꝑ apl'm paulū dicimꝰ.
qꝛ sicut mlta alia ī figura ꝛ imagine
future veritatis fiebāt. ita et circū
cisio illa carnal' circūcisionis spual'
formā gerebat: de qua ꝛ dignū erat
et decebat dn̄i maiestatis. ꝓcepta
mortalibꝰ dare Audite ergo quo paulꝰ
doctor gentiū in fide ꝛ veritate de
circūcisionis misterio xp̄i eccl'am

Bedae expositio in Lucam.
Richardi de S. Victore
1. De visione Danielis IV. bestiarum
II. de S. trinitate
III. De visione Nabuchodonosor.
IV. sup. psalm. asserte.
V. de XII. patriarchis.
Script. 1511.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

docet Videte inquit circumcisionem. de iudeis loquens qui circumciduntur in carne Nos enim sumus ait circumcisio. qui spiritu deo servimus. et non in carne fiduciam habemus Hec una pauli de circumcisione sententia Audi et aliam Non qui in manifesto iudeus est inquit. neque que manifeste in carne est circumcisio: sed qui in occulto iudeus circumcisione cordis. in spiritu non littera Non tibi dignius videtur talis circumcisio dicendo in sanctis et amicis dei: quam carnis obtruncatio? Sed forsitan nominis novitas fortasse non solum iudeos. sed etiam aliquos fratrum nostrorum deterreat Impossibilia enim videtur paulus presumere qui circumcisionem cordis inducit Quomodo enim fieri poterit ut circumcidatur membrum quod internis visceribus obtectum etiam conspectibus ipsis hominum latet? Redeamus ad propheticas voces. ut orantibus nobis hec de quibus querimus inde clarescant Ezechiel propheta dicit Omnis alienigena incircumcisus corde et incircumcisus carne. non introibit in sancta mea Et iterum alibi exprobrans nichilominus propheta dicit Omnes alienigene incircumcisi carne. filii autem israel incircumcisi corde.

ed illos quidem qui ad idolorum modum aures habent et non audiunt. oculos habent et non vident. omnitamus. vos autem populus dicit. et populus in adquisitionem electus ad enarrandas virtutes domini. suscipite dignam circumcisionem verbi dei in auribus vestris et in labiis et in corde. et in preputio carnis vestre. et in omnibus omnino membris vestris Circumcise namque sint aures vestre. secundum verbum dei. ut vocem non recipiant obtrectantis. ut maledici et blasphemi verba non audiant. ut falsis criminationibus mendatio irritationi non pateant Oppilentur ut clause sint. ne iudicium sanguinis audiant. aut impudicis cantibus. et theatralibus sonis pateant. nichil obsceni recipiant. sed ab omni stemate corruptionis aversae sint hec est circumcisio qua ecclesia christi aures suorum circumcidit infantium Iste credo sunt aures quas in auditoribus suis dominus requirebat dicens Qui habet aures audiendi audiat Nemo enim potest in circumcisis auribus et in mundis. munda verba sapientie et veritatis audire Veniamus si vultis et ad labiorum circumcisionem Ego puto quod incircumcisus sit labiis qui nondum cessavit a stultiloquio ac scurrilitate. qui bonis derogat. qui criminatur proximos. qui instigat lites. qui calumpnias movet. qui infratres inter se falsa loquendo committit. qui vana inepta. secularia impudica.